



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 44. Congregationes pro examinandis Articulis in Legati Palatio institutæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.
A.C. 1551.

diversorio unacum Psalmæo Virodunensi
si Episcopo morabatur, ab eoque Syno-
di Patres, priusquam illum ad con-
fessum inter Archiepiscopos admitte-
rent, disertam fidei Catholicæ profes-
sionem exigebant. His ita peractis Pa-
pæ Legatus ad Theologos dicebat: sin-
gulis diebus binas habendas esse Con-
gregationes, in quibus matutino tem-
pore ab hora sexta usque ad undeci-
mam, pomeridiano autem a secunda
usque ad quintam diei horam Synod-
negotiis incumberetur.

§. XLIV.

*Congregationes pro examinandis ar-
ticulis in Legati Palatio instituta.*

Pallav. hist.
Conc. l. 12.
c. 10. n. 24.
Psalmæus p.
358.

His Congregationibus solemniori rit-
u initium dabatur vigesima Octobris
die, qua in Legati Palatio præfati
articuli examinandi proponebantur.
Primo inter Theologos loco Jacobus
Laineus ex D. Ignatii sociis unus, &
primus Papæ Theologus sermonem in-
stituit de primo articulo, ac secundam
illius partem damnans asseruit: „Sa-
„cramento esse necessariam pœnitentiam,
„tiam, timorem, dilectionem, con-
„tritionem, & absolutionem. Dilec-
tionem pariter tanquam necessariam
enumeravit Jacobus Ferrusius Hispa-
nus, Segoviensis Episcopi Theologus

& per hoc eundem articulum impro- Sæcul XVI
 „bavit, cauffatus, folis terroribus mi- A.C. 1551.
 „nime contineri dilectionem, quæ ab-
 „folute necessaria est, cum Christus pro-
 „nuntiaverit: *Remittuntur ei peccata mul-*
 „*ta, quoniam dilexit multum: & dilexit,*
 „inquit, per præteritum, quia dilectio
 „remissionem antecessit.

Postea idem Theologus explicans 2. Cor. cap.
 illa D. Pauli verba: *Tristitia, quæ est se-* 7. v. 10.
cundum Deum, operatur pœnitentiam in Secundum
salutem, adjunxit, quod tristitia, quæ est *Deum dilec-*
 secundum Deum, non alia sit, nisi ea, *tum.*
 qua dolemus offendisse Deum, eo quod
 illum amemus. Porro ab hac eadem
 dilectione præfatam tristitiam produci
 inquebat, hancque in rem allegavit
 auctoritatem S. Augustini dicentis:
Absque amore gratia non datur. His quo-
 que addidit, quod præter primam il-
 lam cordis motionem in Deum adjun-
 gendus sit actus fidei juxta illa Apосто-
 li verba: *Accedentem ad Deum oportet*
credere & secundum illud: sine fide im-
possibile est placere Deo. „Hinc oritur,
 „prosequatur idem, in homine pecca-
 „torum detestatio, assurgitque in spem
 „animus, & amoris initium habetur,
 „inde vero primam gratiam Deus infun-
 „dit, qui tamen amor naturalis non est,
 „sed a divina gratia efficitur, tametsi
 „natu-

Sæcul. XVI. „naturalis amor ad id etiam conferat,
 A C. 1551. „tanquam illius fructus.

§. XLV.

Theologorum sententiæ circa Pœnitentiam.

Attamen Melchior Avosmedianus Patensis Episcopi, qua dignitate auctus denuo sub Pio IV. ad Synodum venerat, hanc in rem ita exorsus est: „prius nos propter pœnæ metum dolemus, dein propter Deum, postea vero, aiebat, peccata confitemur, Bernardus autem Colloredus Dominicanus, Foroliviensis Episcopi Theologus, illis, quæ sunt ad Pœnitentiam necessaria, adnumeravit timorem, detestationem, ac fidem, ex qua spes oritur, & ab hac dilectio, ejusdemque Sententiæ fuit Franciscus Contreja ex Ordine Minorum observantium. Porro reapse, quantum ex actis conici licet, Theologorum mens erat, ut error hæreticorum damnaretur, qui tanquam inhonestum improbabant pœnæ timorem.

§. XLVI.

Synodi sententia circa contritionem in Sacramento Pœnitentiæ.

Pall. n. 25.
 § 26.

Ad hæc Joannes Æmilianus Tudetanus in Galætia Episcopus hunc in
 mo-